MISSALE DIOECESIS SALISBURGENSIS
Augsburg, um 1480/1500
Seite 46r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad dnm suum: et mundauit ei
dicens. Hic et hic locuta est pu
ella de terra israel. Dixitq; ei rex
syrie. Vade et mittam litras meas
ad regem israel. Qui cum profectus
esset et tulisset secum decem talenta
et sex milia aureos, et decem
mutatoria vestimentorum dedit
litras ad regem israel: in hec verba.
Cum acceperis epistolam hanc scito
quod miserim ad te naaman seru
um meum. ut cures eum a lepra sua.
Cumq; legisset rex israel litras scidit
vestimenta sua et ait. Numquid
deus sum ego ut occidere possim
et viuificare quia iste misit ad
me. ut curem hominem a lepra sua.
Animaduertite et videte quod
occasiones quaerat aduersum
me. Quod cum audisset helyseus
vir dei scidisse videlicet regem
israel vestimenta sua: misit ad
eum dicens. Cur scidisti vestimen
ta tua. Veniat ad me. et sciat
prophetam esse in israel. Venit ergo
naaman cum equis et curribus
et stetit ad ostium domus hely
sei. Misitq; ad eum heliseus nun
cium dicens. Vade et lauare septies
in iordane. et reddetur sanitas
carni tue atq; mundaberis. Ira
tusq; naaman recedebat dicens.
Putabam quod egrederetur ad me et
stans inuocaret nomen dni
dei sui. et tangeret manu sua
locum lepre et curaret me. Nun
quid non meliores sunt abana et
pharphar fluuij damasci om
nibus aquis israel ut lauer in eis et mun
dor. Cum ergo uertisset se et abiisset
indignatus: accesserunt ad eum serui
sui et locuti sunt ei. Pr et si rem
grandem dixisset tibi propheta: certe
facere debueras: quanto magis qua
nunc dixit tibi. lauare et mundaberis.
Descendit ergo et lauit in
iordane septies: iuxta sermonem
viri dei. et mundata est caro eius
sicut caro pueri paruuli. et mun
datus est a lepra. Reuersusq; ad
virum dei cum omni comitatu
suo venit et stetit coram eo et ait.
Vere scio quod non sit alius deus in
universa terra nisi tantum dns israel.
Oculus vita mea nunquam tibi Gre.
posuisti lacrimas meas in conspectu
tuo. Miserere mihi dne quoniam con
culcauit me homo tota bellans tri
bulauit me. Secm lucam.
Illo t. Dixerunt phyrisei ad
ihsm. Quanta audiuimus facta
in capharnaum: fac et hic in pria
tua. Ait aut. Amen dico vobis.
quia nemo propheta acceptus est in
patria sua. In veritate dico vobis.
multe viduae erant in diebus helie
in israel. quando clausum est celum an
nis tribus et mensibus sex. cum
facta esset fames magna in om
nem terram. et ad nullam illarum missus
est helias nisi in sarepta sydo
nie ad mulierem viduam. Et mul
ti leprosi erant in israel sub hely
seo propheta: et nemo eorum mundatus